INCIPIT. VITA PREFATIO. LEONARDI. ARETINI. AD COLVCIV̄
SALVTATV̄. IN VITA. M. ANTONIJ. PER EVM. EX PLVTARCHO
TRADVCTA.

MARCI. ANTONIJ. VITAM. MVLTipli
ci et uaria historiarum serie contextam et magnitudine
rerum uel mutabilitate fortunae admirandam ad te
Salutate in hoc libro mittimus e greco sermone in la
tinum traductam. Nam cum apud plutarchum sum̄e
auctoritatis homine res gestas clarorum uirorū lege
remus: quos ille prestantissimos e grecis romanisq: delectos in paria et cō
tentiones distribuit. Doluimus profecto animaduertentes tantam apud
nos scriptorum factam esse iacturam: ut nec facta maiorum nostrorum
nec nomina iam eorum teneremus: per quos italia in uniuerso orbe glo
riosissime nominata ēēt. Nos igitur quoniam et grecis litteris ita operam
dedimus ut illarū non admodum simus ignari: & in latinis ita laboraui
mus ita a te aduti sumus: ut quedam iam a nobis transcripta etiam bene li
cterati homines non omnino aspernarentur: habemus quidem in animo hōs
omnes plutarchi uiros si per occupationes nostras licebit in latinum conuer
tere. et famam ac gloriam summorū uirorum renouare: ut simul cum uti
litate nostra quam ex grecorum cognitione percepimus nostrorum quoq: ho
minum sit coniuncta utilitas. In presentia uero. M. antonium absoluimus:
quem tamen ut ante ceteros aggrederemur non uirtute hominis inuitati
sumus sed historie amenitate allecti Ad te (at) colucci ea de causa mittimus:
quod iudicio ac testimonio tui huius etatis doctissimi et eloquentissimi uiri
hec nostra scripta cupimus confirmari. Nec tamen a principio ignorabam
me eam rem suscipere in qua summus esset labor gratia nulla corruptis
simū uō omnium ferme iudicium. Quis enim has conuersiones legit q̄
non omnia preclare dicta primi auctoris putet. omnia uō absurda con
uersoris uitio facta esse arbitretur. Legitur quid luculente aut apte dictū:
continuo grecus auctor laudatur. qui tanta fuerit facundia ut ne conuersio
ne quidem suam perdiderit suauitatem: nec quisquam in benedictis me
minit conuersoris. Contra autem siquid offendatur aspere aut inepte aut
quod plerumq: necesse est obscure dictum nemo hic primi auctoris memi
nit: sed omnia interpretis uitio credunt cōmissa. Atq: ita fit ut laus qdem
omnis primi auctoris sit. reprehensio (uō) conuersoris: ut admirandum uidea
tur in tam iniqua conditione rerum uelle quenquā sane mentis ad trans
ferendū accedere. Nam quantus sit in ea re labor quanquā omnes cōfiteant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_919/0063

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG